

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

SECVNDVS || TOMVS CONCI||iorum generalium.|| Practica quinte Synodi Constantinopolitane. || Sexta Synodus Constantinopolitana. || Acta concilii Constantiensis. || Decreta concilii Basiliensis. || ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

IACOBVS MERLINVS DOCTOR THEOLOGVS AD CHRISTIANOS LECTORES.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-150515

IACOBI MERLINI DOCTORIS THEOLOGI EPISTOLA.

CIACOBVS MERLINVS DOCTOR THEOLOGVS
AD CHRISTIANOS LECTORES.



VAMQVAM MVLTORVM LIBRORVM LE/
ctio sanctorum hominū sententia improbetur, illorum presertim qui plerosq;
homines a via recta in aliā abducunt, & venena quedā quasi tinnulis vocibus,
syrenarūq; cantibus subministrant. Horum nichilominus vsus summopere
exquiritur, quocum doctrina solatium simul atq; remediū languenti, & prope
deficiēti orbi, velut quoddā egritudinis refrigerum prestare dignoscitur. Cu/
iustmodi sunt hi qui de prisca vniuersaliū, atq; prouincialiū cōciliorum, necnō
orthodoxorum patrum definitionibus acta referūt. Quos ob eam rem e puluere & tenebris reu/
candos, & ad p̄sentem lucē proferēdos censui, vt cognoscat generatio altera, & filii qui exurgent enar/
rent posteritati, & in propulsandis sui temporis erroribus parentes suos emulentur. Si enim perfis/
torum quorūdam hominum iam damnate redeunt opinones, rursus fieri potest olim succelēcant
errorū seminaria, eadem quoq; repulſulent heresēs, nouelli deniq; excitentur illusores secundū deside/
ria sua ambulantes in impietatisbus, semetipſos segregantes, animales, spiritū non habentes. Quade/
re consentaneum, & prope modum necessariū fuit illa repetere instrumenta vnde dudum cum suis
erroribus prostrati, iugulati, confossiq; authores sunt, vt qui sensui herent proprio, & veritatem rur/
sum opprimere moliuntur, morū integratatem labefactare, iura item peruertere, veterū instaurare
blasphemias, priscorum sententiis teneantur, atq; merito sacroſanctorum conciliorum censuris coe/
ceantur. Iam & diuina auctoritas iterum luciferianam, elatam, incompositā, & rebelle arrogantiam
feriat quā humana nondum valuit frangere potestas. At ne putes Christiane lector amplius rebus
dandū, derogandumve q̄ res ip̄ se exigant, & hos quos palam legendos offero codices plus dignita/
tis, auctoritatis ve obtinere q̄ equū sit, te imprimis cōmonendum duxi, vt ad prefationem operum
diui Isidori properes, vbi se oppido cōturbanum fuisse cōmemorat, dum canonum sententias collige/
ret, eo maxime quod concilia que greco sunt edita ſtilo, amplius q̄ tripliciter, vel quadrupliciter cōcri/
pta reperiat, varias quoq; sententias diuersas significationes reddere. Ex quo colliges non esse omni/
no a ſuspitione alienos codices quos ex grecorum promptuariis ad latinas manus incerti authores
reddiderunt, niſi prius Romana ecclesia tenendos decreuerit, & ad hanc prope modū accedunt sen/
tentia quod testatur nōnulli ſe ex bonis grecis mala accepiffe latina, & Ambrosius in explanatione
epiſtole ad Romanos, c. xiii. id a nōnullis factū affirmat, vt ſibi auctoritas preſcribere videretur, dum
ratio adiumentum preſtare non ſufficiebat. Quod dixerim ne ignores in quē culpa reiſcienda ve/
nit, ſi inter legendum non nichil occurrat quod te (vt perperam translatum) offendat, aut plane ſto/
macho nō ſatisfaciat. Nam ſi authētica, integra, ſolida, & a mendis experitiae fuerint exemplaria, vnde
hec fideliter excerpta ſunt, apprime caſtigata ſunt, pura, vera, & sincera que pſerc, ſuorum archetypoſ/
rum quidē germanam conditionem preſerentia, que ſi grato animo tuleris, prope diem (confide)
ampliora noſtriſ te ſudoribus affeſcuturum, interim.

Vale.